¶ Coniuratio malignoꝝ spirituum in corporibus hominũ existentium/prout fit in sancto Petro.

¶ Secundum Matheum.

Cum natus esset Jesus in Bethleem Jude in diebus Herodis ꝛc. ¶ Scdꝫ Lucã. In illo tpe. Missus est Angelus Gabriel a deo in Ciuitatem ꝛc. ¶ Scdm Marcum. In illo tempore. Recumbentibus vndecim discipulis/apparuit illis Jesus: ꝛ exprobrauit incredulitatem illoꝝ ꝛc. ¶ Scdm Joannem. In principio erat verbũ ꝛc. ¶ Scdm Lucam. In illo tpe. Descendens Jesus Capharnaum ciuitatẽ Galilee: ibiqꝫ docebat illos sabbatis: ꝛ stupebant in doctrinis eius: quia in potestate erat sermo eius. Et in synagoga erat homo habẽs demonium imundum: ꝛ exclamauit voce magna dicẽs. Sine: quid nobis ꝛ tibi Jesu nazarene/venisti perdere nos? scio te quis sis dei sanctus. Et increpauit illum dicens. Obmutesce/ꝛ exi ab illo. Et cum proiecisset illud demoniũ in medio exit ab illo/ nihilqꝫ illi nocuit. Et factus est pauor in omnibus: ꝛ colloquebanť ad inuicem dicẽtes. Quod est hoc verbum/ quia in potestate ꝛ virtute imperat imun

dis spiritibus/ & exeunt. Et diuulgabatur fama de illo in omnem locũ regionis. ¶ Oratio.

¶ Domine deus ꝓpicius esto mihi peccatori: qui omnes homines vis saluos fieri; & ad imaginẽ & similitudinẽ diuinitatis tue nos fecisti: suscipe orationem; quam pono ante conspectũ clementie tue pro famulo tuo. N. quia a demonio vexatus est; ipsum ad tuam misericordiam peruenire concede. Per dñm nostrum. ¶ Alia oratio.

¶ Obsecro te dñe Jesu xpe; vt extrahas omnes languores ab omnibus membris huius hominis a capite/a capillis/a cerebro/a frõte/ ab oculis/ab auribus/a naribus/ab ore/a lingua/ a dentibus/a faucibus/a gutture/ a collo/a dorso/a pectore/ ab vberibus/a corde/a stomacho/a lateribus/a carne/ a sanguine/ab ossibus/a tibijs/a pedibus/a digitis a planta/a medulla/a neruis/a cute/ & ab omni cõpagine membrorum eius. Exaudi dñe Jesu xpe me miserrimũ peccatorẽ: tibi sit virtus potestas & imperium in secula seculorum Amen.

¶ Exorciso te immunde spiritus in nomine dei patris omnipotentis ✠ & in nomine Jesu Christi filij eius ✠ & in virtute Spiritus sancti ✠ vt recedas ab hoc famulo dei. N. ¶ Ipse tibi immperat male

dicte diabole; qui siccis pedibus sup mare ambu-
lauit: et Petro mergēti dexterā porrexit: qui Ce-
co nato oculos aperuit: et quatriduanū Lazarum
a monumento suscitauit. ¶ Erige maledicte diabo
le/recognosce sententiā tuam: et da honorem deo
viuo et vero: da honorem Jesu Christo filio eius
et spiritui sancto paraclito/ et recede ab hoc famu-
lo dei. N. per hoc signum sancte ✠ Crucis/quod
nos frōti eius damus: tu maledicte diabole nūqꝫ
audeas violare/necꝫ in eo presumas amplius sta-
re. Exi foras ab eo Sathana: et da locum Spiri-
tui sancto paraclito. Exi foras spiritus imunde ab
hac creatura dei.

¶ Oratio.

¶ Deus Angelorum/deus Archangelorum/deus
Apostolorum/deus Martyrum/ deus Confessorum/
deus Virginū/deus pater dñi nostri Jesu xpi: in-
uoco nomen sanctum tuū / ac preclarā maiestatis
tue clementiam humiliter posco: vt mihi auxilium
prestare digneris aduersus hunc nequissimū spiri
tum: vt vbicunqꝫ lateat/audito tuo sancto nomine
velociter exeat et recedat. ¶ Ipse tibi imperat ma
ledicte diabole; qui ventis et mari ac tēpestatibus
imperauit. ¶ Ipse tibi imperat maledicte diabole;

qui te de supernis celoꝝ in inferiora terre demer/
gi precepit. Ipse tibi impat maledicte diabole: qui
te retrorsum redire precepit. Audi ergo Sathana
⁊ time: victus ⁊ ꝓstratus recede adiuratus in no
mine domini nostri Jesu Christi. Tu ergo nequis
sime spiritus/inimicus humani generis/mortis ra
ptor/iustitie declinator/maloꝝ radix/fons vicioꝝ/
seductor hominū/percussor gētium/incitator inui-
die/causa discordie/origo auaritie/excitator dolo-
rum/magister demonū/quid stas ⁊ resistis: cū scis
ipsum perdere vires tuas. Mendax es/⁊ scis illū
qui in Isaac est imolatus: in Joseph venundatus
imagine occisus est: ⁊ in homine est crucifixus: de
inde sis ab eo separatus. Recede in nomine pa ✠
tris ⁊ fi ✠ lij ⁊ spiritus ✠ sancti: ⁊ da locum spiritui
sancto: per hoc signū sancte ✠ crucis dñi nostri Je
su xpi: qui venturus est iudicare viuos ⁊ mortuos
⁊ seculum per ignem: Amen.

¶ Officiū sup hijs qui a demonibus vexant.
In primis dicit Dñs vobiscū. ℟. Et cum spū tuo.
Initiū sancti euāgelij ſm Johem. ℟. Glia tibi dñe
In principio erat verbū ⁊c. Aliud euāgelium ſm
Marcum. Dixit Jesus ⁊c. Eūtes in mūdum vni
uersum predicate euāgeliū ⁊c. Postea di. Pr nr

τ Aue maria. ❡Sequitur oratio.
❡Dñe sancte pater omnipotens: qui consubstan
tialem τ coeternũ tibi ante omnia secula filium in-
effabilem genuisti: cũ quo/ atq; cum sancto spiritu
ex eodemq; filio procedentem: celum terrã omnia
quecunq; existũt visibilia τ inuisibilia creasti. Hic
flectuntur genua dicendo: Te adoro/ Te laudo/
Te glorifico/ Teq; benedico: esto queso ꝓpicius
huic miserrimo peccatori: τ ne despicias eũ opus
manuũ tuarum: sed salua τ adiuua eum ꝓpter nomẽ
sanctum tuũ. Deinde stando dicitur/ Gloria in ex
celsis deo τc. ❡Oratio.
❡Dñe Jesu xp̃e fili dei viui: qui es verus τ oĩpo
tẽs splẽdor τ imago p̃ris τ vita eterna: cui vna est
cũ p̃re sanctoq; sp̃ũ equalis honor / eadẽq; gloria
coeterna maiestas. Hic flectuntur genua dicẽdo.
Te adoro Te laudo Teq; glorifico/ ne hũc obse
cro famulũ tuũ perire patiaris: sed salua τ adiuua
eũ gr̃a misericordie tue: quẽ precioso sanguine tuo
redimere dignatus es: Amẽ. Hic dr̃ Credo. Or̃o.
❡Dñe sancte p̃r deus omnipotens: qui cõsubstã-
tialis coeternus τ coequalis patri filioq; existẽs:
τ ab eis inenarrabiliter procedens: τ sup eundem
dñm nr̃m Jesum christũ in colũbe specie: τ super

apostolos in linguis igneis descendisti. Hic flectū tur genua dicendo: Te adoro: Te laudo: Te benedico: Teqꝫ glorifico: repelle queso ab hoc famulo tuo tenebras totius noctis iniquitatis ⁊ perfidie: accende in eo lumē tue misericordie: ⁊ ignem suauissimi ⁊ sanctissimi amoris tui. Dn̄e Jesu xp̄e filij gloriosissime semper virginis Marie precor te per sanctam incarnationē tuam parce isti per sanctam natiuitatem tuam. Domine Jesu christi parce isti per presepium in quo iacuisti. Domine jesu christe parce isti per baptismū ⁊ sanctum ieiunium tuum. Domine Jesu christe parce isti per sanctaꝫ crucem ⁊ passionem tuā. Domine jesu xp̄e parce isti per sanctos electos tuos. Dn̄e jesu xp̄e parce isti per spinas corone tue. Dn̄e jesu xp̄e parce isti per quinqꝫ plagas tuas. Domine Jesu xp̄e parce isti per alapbas ⁊ acetū felle mixtū. Dn̄e jesu xp̄e parce isti per sanctū sanguinē ⁊ aquā; qui de tuo latere emanauerunt. Domine Jesu xp̄e parce isti per sanctam resurrectionē tuā. Dn̄e Jesu xp̄e parce isti per sanctā ascensionem tuā. Dn̄e Jesu xp̄e parce isti per sanctum Spiritum paraclitum. Dn̄e Jesu xp̄e parce isti per venturum iudicium tuum. Dn̄e Jesu Christe parce isti per maiestatem tuā.

Domine Jesu christe parce isti per gloriam regni
tui. Domine Jesu christe parce isti ⁊ libera eum a
peccatis suis: ⁊ inimicis suis visibilibus ⁊ inuisibi-
libus: ⁊ da illi partem cū sanctis tuis in vita eter-
na: Amen. ¶ In nomine pa ✠ tris: ⁊ fi ✠ lij: ⁊ spi-
ritus ✠ sancti: Amen. ¶ Psalmus.
¶ Judica dñe nocētes me: expugna impugnātes
me. Apprehēde arma ⁊ scutū: ⁊ exurge in adiuto-
rium mihi. Effunde frameā ⁊ conclude aduersus
eos qui persequūtur me: dic anime mee salus tua
ego sum. Gloria patri ⁊c. ¶ Oratio.
¶ Deus qui per vnigenitū tuū exclusa dānatione
diaboli populū tibi fidelem aptasti: expelle quesu-
mus a famulo tuo. N. cunctas diabolicas illusio-
nes ⁊ insidias: ⁊ eum illibatū ab omni eius impu-
gnatione conserua. Per eundē. ¶ Oratio.
¶ Deus celi/ deus Angeloꝝ/ deus Archāgeloꝝ
deus Prophetarū/ deus Virginū/ deus qui po
testatem habes donare vitā post mortem: requiē
post laboreꝫ: qꝛ nō est alius preter te dñe: nec pōt
esse creator celi ⁊ terre: qui Rex es: ⁊ regni tui nō
erit finis: humiliter maiestati ⁊ glorie tue supplico
vt hunc famulum tuū. N. de imundis spiritibus li
berare digneris. Per dñm.

¶ Memento Lucifer quomodo cecidisti de celo qui mane oriebaris: corruisti i terrã/qui gẽtes vul nerabas: qui dicebas in corde tuo: Sedebo in mõ tem testimonij in lateribus Aquilonis: ascendã su per altitudinem imbriũ & similis ero altissimo. Ve rum ad infernũ traheris ad improfundũ laci: qui te viderunt ad te inclinabũtur/teq; prospicientes. Nũquid isti qui conturbant terram: qui concussit regna: qui posuit orbem desertũ: & vrbes eius de struxit: vinctis eius non aperuit carcerem: omnes reges gentiũ dormierunt vniuersi in gloria viri in domo sua: tuo aũt proiectus es de sepulchro tãq; inutilis pollutus inuolutus: qui interfecti sunt gla dio: & descenderũt ad fundamẽta laci: suoq; cada ueri putredo nõ habebis cõsortium: neq; cum eis sepulchrum in terram dispersisti: tu populum occi disti: nõ vocabitur ineternum semen pessimorũ pre parare filios eius occasione iniquitatis patrũ eo rum non surgent/nec hereditabunt terram/nec im plebunt faciem orbis terre Ciuitatũ/ & consugam super eos dicit dñs exercituũ

¶ Oratio.

¶ Descendens Jesus de mõte stetit in loco cam pestri: & turba discipulorũ eius/ & multitudo plebis

copiosa ab omni Judea ꝛ Jerusalē ꝛ maritima ꝛ Tyꝛi ꝛ Sidonis: qui venerāt vt audirent eū: ꝛ sanarentur a languoꝛibus suis: ꝛ qui vexabantur a spiritibus īmundis curabātur: ꝛ omnis turba querebat eum tangere: quia virtus de illo exibat/ ꝛ sanabat omnes. ¶ Oꝛatio.

¶ Eripe me de inimicis meis domine ad te confugi/ doce me facere voluntatem tuam / quia deus meus es tu. ¶ Oꝛatio.

¶ Munus nostre humilitatis pꝛo petitione famuli tui oblatum petimus dn̄e gratanter accipe: ꝛ ab eius oppꝛessione maligni insidias/ oēmq; potestatem benignus exclude. Per dn̄m. ¶ Oꝛo.

¶ Domine deus virtutū suscipe pꝛeces: quas tibi offerimus ꝓ famulo tuo. N. ꝛ pꝛoijce inimicos ꝛ aduersarios tuos Sathā/ ꝛ omnes sibi subiectos demones: vt amplius non habeant potestatem in hoc famulo tuo. N. molestādi/ fatigādi/ seu vexandi eum/ neq; durandi in eo: quia in te domine sperauit/ non confundatur ineternum: sed in iustitia ꝛ foꝛtitudine tua libera eum. ¶ Oꝛatio.

¶ Eterne deus: qui es deus Abꝛaā/ deus Isaac/ deus Jacob/ deus Moysi ꝛ Aaron/ deus Thobie ꝛ Helie: te sempiternum Deum depꝛecamur

vt famulū tuum· N·iubeas de tentationibus ꝛ ve
xationibus demonū malignoꝛūqꝫ spirituū liberari:
quia spiritus imundi fuerunt ab initio semper falla
ces: ꝛ nunqꝫ steterūt in veritate/ sed semper in ma
licia iniquitatis ꝛ supbie/vanitatis ꝛ inuidie ꝛ cu-
piditatis perstiterunt: qui famulū tuū varijs per-
turbationibus fatigant· Jube igitur Angelis tuis
benignis: vt destruant istos humani generis inimi
cos: vt antiqui isti serpentes crudelissimi languef-
cant/ꝛ omnes socij eoꝛum: eosqꝫ percuti facias si-
cuti percussisti in ira ꝛ furoꝛe tuo Sodomā ꝛ Go
moꝛram: sic eosdem inimicos ꝛ aduersarios tuos
ad nihilum redigi: ac in perditionem descēdere iu
beas: quia presentem famulum tuū· N·miserabili-
ter fatigant/ꝛ de coꝛpoꝛe conantur: vt amplius in
coꝛpoꝛe eius latitare non possint: quod non fece-
runt: nec in eius anima/quam tu diuinitus infudi-
sti potestatē habeant; neqꝫ in vllo vestimēto eius:
vel indumento/ seu in compaginibus membꝛoꝛuꝫ
seu coꝛpoꝛis eius/malignitas coꝝ vim aliquā ob-
tinere valeat: quoniam tu dn̄e fecisti de limo terre
ossa ꝛ neruos eius; ꝛ spiritū dedisti· Et ideo pꝛop
ter honoꝛem nominis tui dn̄e: ꝛ filij tui dn̄i nostri
Jesu xp̄i: ꝛ virtutē spiritus sancti; atqꝫ sanctissime

✠ crucis dissipentur demones a corpore ⁊ anima famuli tui: ⁊ pergant ad penarũ loca/ipsis a te pre parata: quia tu dñe non auro/nec argento/nec gẽ mis preciosis comparasti: sed sanctissimo corpore ⁊ sanguine tuo per passionem tuaꝫ nos redemisti Jesu Christe saluator mũdi: quam maiestatẽ tuã laudant Angeli. ¶ Oratio.

¶ Multitudo languentiũ: ⁊ qui vexabantur a spi/ritibus imundis veniebãt ad eum: quia virtus de illo exibat/ ⁊ sanabat omnes. ¶ Oratio.

¶ Celestis hic panis: quem sumpsimus domine ⁊ nobis indulgentiã tribuat: ⁊ famulũ tuũ ab ho/stis antiqui irrisione defendat. Per dominũ no/strum Jesum christũ. ¶ Oratio.

¶ Omnipotẽs deus/eterna medicia/ exaudi nos pro famulo tuo deprecantes: ⁊ da ei verã humili tatem/veram penitentiã ⁊ virtutem/ ⁊ fac eũ relin quere vanas pompas diaboli: ⁊ angelorum eius apostaticoꝝ: ⁊ ipsum famulũ tuum. N. ab eoꝝ po/testate liberare digneris/sicut liberasti Adã de in/ferno/ Petrum de carcere/ Paulũ de vinculis/ Susannam de falso crimine/ Luciam de lupanari qui iussisti Paraliticũ tollere grabatũ suũ ⁊ ambu lare/ Lazarũ de monumẽto surgere/ Israheliticũ

populum per mediū maris transire. Jonā de ventre ceti: de sidonia tres pueros d camino ignis ardentis liberasti. Danielemq̄ de lacu leonū. David de gladio maligno. Mariam magdalenā de septem demoniis eripuisti: ita dñe liberare digneris famulum tuū. N. ab antiquis persecutionibus. Oramus te domine/quesumus omnipotēs deus vt spiritus iniquitatis nō habeat amplius potestatē in famulo tuo: ꝛ pax dñi nostri Jesu xp̄i: p̄ quē redempti sumus/vt nulla mala timeamus: quia ipse nobiscum est. Per eundē. Postea dicetur: Initium sancti euāgelii s̄m Jo. Glo. In principio ꝛc. ps. Deus in noīe. Deus in adiutoriū meū intende. In dño confido. Quid gloriaris: cū letaniis ꝛ orōnibus scʒ Deus cui propriū ꝛc. Postea dicet hec cōiuratio. ¶ Cōiuro te diabole per patrem ꝛ filiū ꝛ sanctū spiritū: ꝛ per p̄triarchas ꝛ prophetas ap̄los/euangelistas/martyres/confessores/ virgines/ꝛ oēs sc̄tōs ꝛ sc̄tās dei: qui quottidie ꝛ semp̄ Regem dñoꝝ laudāt ꝛ glorificāt ipsum in throno sedentē: ꝛ per dñm nostrū Jesuʒ xp̄m te cōiuro vt recedas ab hoc famulo dei. N. ¶ Coniuro te diabole per passionē dñi nr̄i Jesu xp̄i: quā recepit pro humana generatione: vt recedas ab hoc famulo

dei. N. ¶ Cōiuro te diabole per sanctam Crucez in qua dn̄s nr̄ Jesus xp̄s fuit suspēsus vt recedas ab hoc famulo dei. N. vt nō possis te celare i cor pore suo: nec in mēbris suis/ nec in capite suo. ¶ Cōiuro te diabole per clauos dn̄i nr̄i Jesu xp̄i: qbus manus ꝛ pedes eius in cruce cōfixi fuerunt vt recedas ab hoc famulo dei. N. vt nō possis te celare in ore suo nec in capite. ¶ Cōiuro te diabo le per lanceā quā habebat Longinus: qua latus dn̄i nostri Jesu xp̄i pforauit: ꝛ inde exiuit sanguis ꝛ aqua: vt non possis te celare in gutture suo/ nec in lingua/ nec sub lingua/ nec in aliquibus mēbris eius. ¶ Coniuro te diabole per mortem ꝛ sepul chrū xp̄i: a quo tertia die resurrexit a mortuis/ vt nō possis te celare in visceribus suis: nec i interio ribus. ¶ Cōiuro te diabole per resurrectionē dn̄i nostri Jesu xp̄i: in qua apparuit discipulis suis di cens: Ego sum nolite timere: ꝛ precepit eis dicēs Ite in mundū vniuersum ꝛ predicate euāgeliū oī creature: qui crediderit ꝛ baptizatus fuerit saluus erit: qui v̊o nō crediderit condēnabit̄. Per verba supradicta coniuro te ꝛ admoneo: vt recedas ab hoc famulo dei. N. ¶ Cōiuro te diabole per ascē sionem dn̄i nostri Jesu christi: vt recedas ab hoc

famulo dei. N. ¶ Alia coniuratio. Coniuro te diabole per Spiritum sanctum altissimū paraclitum: quem dominus noster Jesus xp̄s mandauit discipulis suis in linguis igneis: vt recedas ab hoc famulo dei. N. et amplius non reuertaris/nec reuerti facias aliquem super eum. Et sicut deus separauit celum a terra/veritatem a mendacio/bonum a malo/dulce ab amaro/ sic tu sis separatus ab hoc famulo dei: et amplius non possis appropinquare ei: nec eum succumbere: nec te dirigere de die nec de nocte/nec fornicare/nec spumare/ nec dolū facere in nulla hora/nec in momento/nec dum steterit/nec dum ambulauerit/nec dum dormierit/nec dum vigilauerit/nec aliqua ratione/nec dum mā/ducabit/nec dum bibit/ nec dum aliquod opus fecerit/nec possis cōtra hunc famulum dei aliquod malum facere: nec per aliquam reuelationē ad aliquam personam viuētem in terra dare/nec offendere/nec facias eū offendi/ nec aliquod malū possis contra eum exequi: nec alicui persone molestiā dare possis: nec aliquem īmundum spiritū in tuo adiutorio conuocare possis: nec super hunc famulum dei. N. stare possis: nec ipsum dissipare: nec violare.

¶ Coniuro te diabole ꝛ ſpiritus imunde per deū
patrem omnipotentem : per Jeſum chꝛiſtum filiū
vnicum dominū noſtrum: ꝛ per ſpiritum paraclitū
altiſſimū: ꝛ per duodecim Apoſtolos: ꝛ per quat-
tuoꝛ Euāgeliſtas; ꝛ per duodecim Pꝛophetas:
ꝛ per quattuoꝛdecim Senioꝛes te coniuro: ꝛ per
omnes inuocatiões ſanctoꝝ te coniuro: qui quot-
tidie ꝛ ſemꝑ diebus ꝛ noctibus Regem deū ſunt
laudantes ꝛ gloꝛificātes in ſecula ſeculoꝝ Amē.
¶ Cōiuro te diabole ꝛ ſpūs nequiſſime per quat
tuoꝛ partes mundi: vt perdas ꝛ dimittas locū iſtū
vbi manes: ꝛ vadas/ nec iterum reuerti poſſis ad
ipſum: nec ad aliquam aliam perſonam ; ſed rece-
das cum alijs imundis ſpiritibus: ꝛ dimittas iſtuꝫ
locum: ꝛ vade vbi tibi dixi. Et ſicut fluit cera a fa-
cie ignis: ꝛ pereunt peccatoꝛes a facie dei: ꝛ ſicut
ſal perit in aqua ; ſic fugias pereas ꝛ ad nihilū ſis
deductus. ¶ Alia coniuratio.
¶ Cōiuro te diabole ſpiritusqꝫ apoſtatice per ſan-
ctum Michaelem: per ſanctū Gabꝛielem: per ſan
ctum Raphaelem: ꝛ per ſanctum Urielem: ꝛ per
omnes Angelos ꝛ Archāgelos: ꝛ per nouē cho-
ros Angeloꝝ: ꝛ per oēs virtutes celoꝝ Pꝛinci-
patus ꝛ Poteſtates/ Thꝛonos ꝛ Dominatiões

Cherubin ꝛ Seraphin deo pr̄i obedientes ꝛ ip̄m semper laudātes ꝛ glorificantes in secula seculoꝝ Amen. ¶Alia coniuratio. Coniuro te diabole per omnes sanctos veteris testamenti: qui sunt in paradiso: ꝛ in gloria dei patris omnipotētis: ꝛ per gloriosam virginem Mariam: que fuit virgo ante partum/ ꝛ in partu/ atq; post partum: ꝛ cōcepit dominū nostrum Jesum Christum saluatorem ꝛ redemptorem mūdi: ꝛ per omnes sanctos Patriarchas ꝛ Prophetas/ Ap̄los/ Euāgelistas/ Martyres/ Cōfessores/ Doctores/ ꝛ Virgines: ꝛ per omnes virtutes dei. Cōiuro te vt nō habeas potestatem neq; licentiā standi in corpore famuli dei N. quia deus fecit eum ad similitudinē suaz. Nec te latuit Sathana ꝛ Belzebuch iminere penas ꝛ tormenta/ que subueniēt tibi in die iudicij/ ꝛ in die sempiterno/ quādo deus venturus est iudicare viuos ꝛ mortuos/ velut clibanus ardēs in terra cuz vniuersis socijs tuis ꝛ Angelis malignis in signū vadas/ ꝛ proinde intus damnatus per infinita secula seculoꝝ: Amen.

Finis.